

TITULUS DECIMUS-SEPTIMUS.

De las alcavalas, y de los contratos, y de las cosas de que se deven.

ET continuatur ad precedentem, nam cum dictum sit in præcedenti titulo de solutionibus à conductoibus Gabellarum Regi faciendis, consentaneum est scire de quibus rebus conductores ii possint petere ac percipere Gabellas, ut ex perceptis possint solutiones Regi facere, & quia quid sit Gabella, & cui competat eam imponere in prosecutione tituli dicemus, ideo devenio ad leges.

IN LEGEM PRIMAM.

- 1 Gabellas & vectigalia imponere nullus alius potest quam Rex in suo regno, dum tamen superior non recognoscat & ab eo non appelletur, num. 2. aliter enim neque antiqua vectigalia augere possent, num. 3.
- 2 Vectigalium jus est de maximo imperio & de regalibus, num. 4.
- 3 Rex Hispania non recognoscat superiorem, n. 5.
- 4 Rex transmittit potestatem regiam, non vero Imperator, num. 6. & sic Gabellas & vectigalia imponere potest, num. 7.
- 5 Gabellarum impositio multum à retro temporibus à rege Alphonsi emanavit, num. 8.
- 6 Gabella concessa ob quam causam fuerint, n. 9.
- 7 Romanorum tempore etiam quoddam jus venditionis fuit introduitum, num. 10.
- 8 Gabella & tributa dari Regi pluribus juribus & rationibus comprobatur, num. 11. 12. 14. 17. 18. 22. & 23.
- 9 Equum illi rependi est illud quod pro conservatione rerum alienarum expendit, num. 13.
- 10 Christus solvit tributum Casari voluntarie tamen, num. 15. & num. 16. damnatur error Maritimi Paduani aliud & male asserentis.
- 11 Tributa regi solvantur propter subjectionis jus, num. 17.
- 12 Bald. reprobat, num. 19. asserens Gabellam debitam ex contractu juri gentium refragari, & num. 20. salvatur.
- 13 Gabella odiosa videtur, nisi principium concessionis consideremus, num. 21.
- 14 Regnum vocandum est in imponendis novis tributis, vel in augendis antiquis, num. 24.
- 15 Tributa Gabella non nisi ex justa causa imponenda, num. 25. & num. 26. hanc causam ex tribus justificari dicitur & num. 27. cum. 4. sequentibus, id prosequitur late.
- 16 Tributum non tam propter Regis, quam propter populi utilitatem datur, num. 29. & sic num. 30. non debet esse in populi destructionem.
- 17 Tributum impositum juste & cum requisitis debet disponi servanda proportionem geometricam, num. 31.

- 18 Tributum impositum sine auctoritate, aut sine justa causa, aut sine debita proportione injustum est, num. 32.
- 19 Tributum excedens justam proportionem pro excessu non tenetur subditis solvere tributum in conscientia, ibi & num. 33.
- 20 Tributi proportio justa, & causa ejus arbitrio judicis committitur, num. 34.
- 21 Lex humana penaliter non potest tollere obligationem legis divine, num. 35. ita ut pena non excuset à solutione in conscientia, ut & num. 35.
- 22 Tributum à principio potest esse justum, & labente tempore injustum, ut quia causa cessat, num. 36. ubi refertur exemplum de hoc.
- 23 Pericles Corinthiorum Rex à nemine tributum exegit, num. 37.
- 24 Fiscus est sicut lien, nam sicut lien crescentem in corpore humano arrius reliqui tabescent, ita crescente fisco reliqua civitatum membra deficiunt, num. 38. & 39.
- 25 Tributa injusta sunt illa que imponuntur à non habente potestatem ad hoc vel que peccant in forma & proportione, sive ex sine, sive ex materia, num. 40.
- 26 Tributa necessaria & justa solvenda sunt, n. 41.
- 27 Tributa imposita eroganda sunt ad illas causas ad quas & ob quas concessa sunt, num. 42.
- 28 Tributa ob unam causam imposita possunt ad aliam justam causam reduci & peti, num. 43. & 44. intelligitur ubi, n. 45. quid si est dubium non cessaverit justa causa.
- 29 Tributa imponenda per alios habentes potestatem eam imponendi, eisdem requisitis justificanda sunt, que necessaria sunt cum Rex non recognoscat superiorem eas imponi, num. 46. & 47. & 50. & tunc populus omnis debet convenire insimul, non vero solum concilium decurionum, num. 48.
- 30 Veneti possunt pro mercibus maritimis Gabellas imponere quia sunt domini maris Adriatici, num. 49.
- 31 Jus imponendi tributa non de quatuor modis acquiri potest, num. 51. 55. 56. & 62.
- 32 Privilegium exigendi Gabellas vel collectas concessum

- concessum à Principe an possit revocari, num. 52. & num. 53. idem in privilegio ne quis teneatur ad collectas, & n. 54. an valeat tale privilegium concessum alicui loco gravato aliis pedagiis.
- 33 Jus imponendi collectas consuetudine acquiruntur, num. 55. & num. 56. idem in prescriptione, immemorales tamen, ut num. 57. & num. 58. & 59. an id sit mirabile cum ad sit causa continua & num. 60. requiratur scientia illius vel suorum officialium contra quem inducitur consuetudo, vel prescriptio.
 - 34 Consuetudo vel prescriptio immemoralis imponendi collectas in una re non extenditur ad alias res, num. 61.
 - 35 Conventio etiam facta cum subditis acquiruntur jus collectandi, num. 62.
 - 36 Jus collectandi quocunque modo acquiratur non potest imponi nisi ex justa causa & secundum quod dictum est licere Regi non recognoscenti superiorem, num. 63.
 - 37 Gabella ab antiquo solite solvi licite fraudari non possunt cum in Principe causa presumatur, num. 64. ubi declaratur.
 - 38 Gabella juste & cum necessariis requisitis imposita fraudari non possunt absque peccato, & onere restitutionis, num. 65. etiam si penam loci imponat, ut ibi & supra, num. 35.
 - 39 Vectigal respectu directi dominii non potest prescribi, sed tantum respectu utilitatis & datur publiciana, num. 66.
 - 40 Regi dicitur se esse justam causam imposuisse an credatur, num. 67.
 - 41 Gabella in dubio an justa presumantur, num. 68. & 69.
 - 42 Gabella ex venditione nulla non debetur, num. 70.
 - 43 Gabellas tenentur solvere omnes homines de mundo nisi specialiter excepti, num. 71.
 - 44 Gabella solvendi licet antea ad emptorem spectaret, hodie vero ad venditorem spectat, num. 72. & 73. & 74. id prosequitur.
 - 45 Gabellarii possunt à venditore & ab emptore non revelante Gabellam recuperare, num. 75. emptor tamen se eam solvit à venditore recuperabit, num. 76.
 - 46 Gabella à vendente alieno nomine an peti possit, num. 76. & 77.
 - 47 Gabella potest recuperari à possessore rei vendita ex qua debetur, quia transit cum onere Gabella, num. 78.
 - 48 Gabella potest peti à venditore etiam si liberam vendat rem à Gabella, & sic horra de alcavala, num. 79. & 80. ubi idem cum clerico venditor franco pretio, recuperabit tamen venditor à talibus emptoribus, ut ibi.
 - 49 Gabella an debeatur de illa frangitissa Gabella in venditionis contractu conventa cum emptore; hoc est delictum, num. 81.
 - 50 Gabella solvi debet etiam re non tradita, neque facta solutione, sed statim quod de pretio conventum est, num. 82. cum sequen.
 - 51 Emptio & venditio triplex, aut quadruplicem perfectionem habere dicitur, num. 83.
 - 52 Gabella non ratione rei vendita vel pretii conventi, sed ratione contractus debetur, num. 84.
 - 53 Gabellam deberi etiam re vendita non tradita
- neque soluta plures produci effectus asseritur, num. 85. cum sequentibus aliquibus.
- 54 Gabella debetur ex venditione etiam si ante rei traditionem paniterint, num. 86.
 - 55 Gabellam percipere habens tempore venditionis illam capiet, non vero ille in cuius tempore traditio fit, num. 87.
 - 56 Gabella exemptus tempore venditionis, licet traditionis tempore cessaverit exemptio, non debet eam, & contrario debet, ut n. 88. & 89.
 - 57 Gabella an debeatur si in venditione Atria intervenit, num. 90. & 91. nisi ut num. 92. & 93. dicitur, quod si nulla pars recedat, debetur Gabella Gabellario temporis venditionis non vero traditionis.
 - 58 Gabella debetur tempore venditionis, etiam si partes egerint quo res tractatur tali tempore & sic in diem aliquam, num. 94.
 - 59 Gabella debetur tempore venditionis etiam si solutio ejus in diem aliquam differatur, n. 95.
 - 60 Gabella non debetur venditionis conditionalis nisi verificata conditione, num. 96. & verificata conditione debetur primo Gabellario, non vero secundo, num. 97.
 - 61 Gabella census redimibilis statim debetur & peti potest à venditore, num. 98.
 - 62 Gabella debetur statim de venditione facta cum pacto de retrovendendo, num. 99. ex refectione tamen postea facta non debetur cum dependeat à causa antiqua, num. 100.
 - 63 Laudemium debetur ex constitutione census redimibilis constituti super re emphyteotica, num. 101. nisi ut num. 102.
 - 64 Gabella an debeatur de censu Emphyteotico redimibili, num. 103. & an statim peti possit, & cui Gabellario debeatur, ibidem & num. 104. & num. 105. dicitur, an debetur de fundo dato ad censum redimibilem, aut perpetuum, & num. 106. declaratur.
 - 65 Gabella non debetur ex fundo dato ad censum perpetuum Emphyteotico, num. 107. nisi ut ibi, imo & si postea res illa Domino reddatur nulla debetur Gabella, num. 108.
 - 66 Gabella non debetur si arcam suam det aliquis alicui, ut communem domum edificet, num. 109.
 - 67 Gabella an debeatur de constitutione census vitalis, vulgo de por vida, num. 110. 111. 112. & 113.
 - 68 Census vitalis an sit proprie contractus, & quid sit, num. 112.
 - 69 Census an constitui possit per aliquot annos determinatos dato justo pretio, num. 114.
 - 70 Gabella an debeatur ex censibus Regis quos juro vocamus, num. 115. & 116. an ex censu imposito super censibus iis Regis debetur Gabella.
 - 71 Gabella non debetur ex censu constituto super re immobili vendita tali re cum sensu illo, num. 117. nisi ut ibi, & num. 118. & 155.
 - 72 Gabella census an solvenda sit in loco ubi constituitur, an vero ubi sunt bona, super quibus constituitur, num. 119. ubi & quid si bona sunt in pluribus locis.
 - 73 Gabella an debeatur de re quam vendit in hoc Regno habens eam in alio Regno, num. 120.
 - 74 Gabella an debeatur statim de venditione facta dum tamen De la scriptura, fiat, num. 121. & num. 122. cui Gabellario debetur, & num. 123. declaratur.

- 75 Scripturam requiri per partes ad substantiam contractus vel ad probationem. num. 124. & 125. cum sequentibus aliquibus verbum volo est dispositivum. num. 126. & num. 127. alia de eod.
- 76 Gabella ex venditione rei quanti Titius aestimaverit vendita non debetur statim, sed facta aestimatione. num. 128. & num. 129. cui Gabellario debebitur Gabella.
- 77 Gabellarius an possit cogere aestimatorem nominatum per contrahentes ad taxandum pretium rei vendita, ut illud taxet. num. 130.
- 78 Gabella quando debeatur & cui Gabellario, quoties res aliena venditur per aliquem sine mandato Domini, post autem Dominus approbat venditionem. num. 131. scus vero erit si quis ut suam vendiderit. num. 132.
- 79 Gabella ex venditione judiciali virtute sententiae de remate facta non debetur, usque dum executatus capiat possessionem. num. 133.
- 80 Gabella soluta ex venditione judiciali non est reddenda executato, etiamsi sententia & venditio in gradu appellationis vel alio modo revocetur. n. 134.
- 81 Gabella an sit prius solvenda quam debitum creditori, cuius causa res vendita fuit. num. 135. & ibi quid quoad decimum executoris.
- 82 Gabella non debetur ex re capta virtute primi & secundi decreti, nam si intra tempus iuris redimatur non debetur Gabella. num. 136.
- 83 Gabella non debetur ex pacto de vendendo vel promissione nisi persiciatur venditio. num. 137.
- 84 Gabella non debetur ex venditione ad beneplacitum facta si intra tempus assignatum displiceat emptori. n. 138. ubi quod non potest peti antequam delectus sibi placere. & n. 138. quod tempus datur ad declarandum si partes illud non assignant, & an sufficere dicere sibi displicere, si res non restituatur intra illud tempus. n. 140.
- 85 Gabella ex venditione facta ad numerum, pondus vel mensuram non debetur statim, sed facta mensura, numero & pondere. num. 141. & 143.
- 86 Venditoris est periculum ante mensuram rei vendita ad mensuram. n. 142.
- 87 Mensura facta si est erratum in ea potest peti ut iterum metiatur & suppleatur defectus. n. 144. nisi ut num. 145.
- 88 Agri mensuram declaratio non transit in rem iudicatam. num. 146. & sic non possunt puniri de falso ut ibi.
- 89 Venditionem fieri ad mensuram, pondus vel numerum quando dicitur. num. 147.
- 90 Gabella ex venditione nulla post autem approbata debetur ex die approbationis & Gabellario tunc existenti. num. 148.
- 91 Gabella quid sit & quare sic nominetur in eo. n. 148.
- 92 Gabella qua actione petenda sit. num. 149.
- 93 Gabella non debetur ex venditione, que ad decem morapetitos non ascendit. num. 150. & si abinde debebitur pro decem & pro alia quinque morapetitis ad respectum ut num. 151.
- 94 Gabellas emens a Rege in populo aliquo an possit percipere unum de decem. num. 151.
- 95 Gabella debetur & solvenda est nullis deductis expensis. num. 152. & 153.
- 96 Gabella an debetur ex promissis vulgo promeritos. num. 154.
- 97 Gabella debetur de o pro pretio venditionis sive

pretium sit iustum, sive non, n. 156. & ibi ampliat, cum n. 157. ut etiam si onus adjiciatur ultra pretium emptori.

98 Gabella debetur ex pretio, pro quo res venditur sive venditio sit perpetua, sive temporalis, num. 158.

99 Gabella debetur ex venditione, si effectum habeat venditio, num. 159.

SUMMARIUM.

Gabella solvenda est a venditoribus solvendo unum ex decem.

Ibi, Mandamus, Soli Regi licet hae verba proferre, nullus alius enim quam Rex in suo Regno potest vectigalia nova & Gabellas imponere, ex toto tit. C. nov. vel. imp. non pos. & ex lege prima & sequent. tit. undecimo lib. sexto supra, ubi in eadem. l. 1. plura allegavimus, & l. 9. tit. 7. part. 5. & decif. Capella Tolosana in additio. 451. & Lafarte in present. & Gironda de Gabellis. 1. part. in pri. nu. 1. cum sequentibus. aliquibus, & optime Parlador. lib. 1. rer. quod. did. cap. 3. nu. 1. cum sequentibus, aliquibus, & Rebus. 2. tom. Const. Franc. tit. de mercator. artic. 2. glof. 2. & Amede. in Ponte. in quasi laudemii quasi. 9. idque adeo verum est, quod ab hac vectigalia nova imponenda non sufficit imponentem esse Regem, sed debet esse talis qui non recognoscit & superiorem in temporalibus & sic quod ab eo non appellatur, ut tenent supra dicti Doctores & omnes alii, qui in hac materia loquuntur, & Navarro. in cons. 12. de censibus, ubi inquit tales non incidere in bullam Coena Domini imponendo talia vectigalia & Gabellas. & Iulius Ferrerus de Gabellis, numero 203. usque ad. 207. & Angles in secundo tono Topolog. que tit. de restitutione vectigal. articulo An vectigal. que hodie Regi, in fin. Nam si recognoscere superiorem & ab eis appellaretur sine superioris assensu, id non possent, ut per dictos Doctores & maxime per additionem dicte decif. 451. Capella Tolosa. & per Bertachinum de Gabellis, in questione prima, numero tertio partis prima, imo neque antiqua vectigalia augere possent & ex textu, ubi dixi in lege secunda tit. 11. libro sexto supra, & tenet Jacob de Grassalis. decif. 124 n. 14. casum conscientie, sed si superiorem non recognoscant, possunt utique nova vectigalia & Gabellas in suo inducere Regno, ut ex nostra lege patet in iis verbis, mandamus, idque procedit ex eo quod jus vectigalium est de maximo Imperio, & sic de regalibus, & Regi competunt omnes redditus rerum quas venduntur & portantur, & alia de quibus in leg. 1. titulo 28. part. tertio, ubi glossa, vel quia cum Regno omnem suam potestatem in Regem transiit, ut in proemio digestorum & alibi nos diximus, nimirum quod sicut Regnum si in se retinuerit potestatem, & in Regem eam non transiit, possit hae facere, que possit Rex qui Regni omnem potestatem habet, ex quibus infero Regem nostrum Hispanie, utpote non recognoscen- tem superiorem & in temporalibus, ut dixi in lege 1. tit. 5. lib. 3. supra. n. 4. & in lege prima, num. 16. titulo primo libro quarto supra, majoremque, Rex habet potestatem in suo Regno quam Imperator in Imperio, ut in d. l. l. 1. num. 17. diximus.

mus: Transmittit enim Rex potestatem Regiam non vero Imperatoris, secundum Curt. Juni. cons. 1. numero 30. & Nicola. festa. in Traita. de astim. 4. part. cap. 7. num. 45. in vol. 12. Traita. diver. Doct. in sol. Regem inquam nostrum Hispanie posse has & Gabellas regno suo imponere, ut inquit Corletus de potestate regia. 4. part. quaest. 49. num. 13. & eo relato Gironda in Traita. de Gabel. 1. part. in prin. num. 8. & Parlad. ubi supra, idque nulli dubium est, cum Hispanie Reges à facibus inimicorum sanguine proprio laboribus & expensis Regnum recuperaverint, expellendo nomen Mahometicum, nomen Christi & ejus fidem ampliando, & invocando, Ecclesiasque sanctas construendo, hujusmodique tributum non fuit de novo impostum à Ferdinando & Elisabeth, Regibus Catholicis nostris auctoribus hujus Quaterni Gabellarum, sed à Rege Alphonso Undecimo multis retro annis & emanavit, & sic ex ipsius antiquioribus quaternis per anteriores Reges catholicos transcriptum fuit per dictos re- ges catholicos in modum & formam legum, ut ex proemio, & ex lege 243. dicti quaterni colligitur, concessumque fuit tributum hoc à Rege pro expellendis Mauris & nominatim pro expugnatione Civitatis Algeriae, anno Domini. 1342. ut ex Chronica dicti Regis Alphonso patet, & tradit novissime Lafarte de Gabellis in praefatione, num. 10. cum sequentibus, ante & post, nec fuit hoc novum jus cum & apud Romanos secundum eundem Jus. ibi, n. 16. in prin. & Gironda in d. l. 1. part. num. 6. quoddam venditionis tributum fuerit & introductum, de quo & plura dicit Petr. Gregor. in Synagma. juris. 1. part. lib. 3. c. 3. ubi ex pluribus rationibus & juribus probat consentaneum esse Regi tributa & vectigalia & imposita solvi, & ante eum latius & melius Castro de lege panali lib. 1. c. 10. versu. secundo ex eadem conclusione. per totum. Primo ex jure naturali & dictante, quod cum pro omnibus vigilet, ab omnibus beneficij premio accipere ea debet. cap. cum ex officio sui de praescriptio. extra. ne- moque tenetur sui sumptibus militare ad Coriath. 9. ad Gal. 6. c. ita nunc illud §. 22. quaest. 1. secundumque naturam est, ut qui tenet onus sentiat & commodum. l. secundum naturam. ff. de reg. jur. l. fin. §. sed cum in secundum de furt. C. l. unica. §. pro secundo. C. de cadu. tollend. & quod quis pro conservatione rerum alienarum expen- dit & aequum est rependi. l. 1. & 2. ff. de neg. gest. 13. secundo juris Regij est, & censum imponere rebus & personis jureque divino probatur. 1. regum. 2. August. lib. 2. contra Faust. Mani. c. 74. & sic Dominus noster Jesus Christus consultus an liceret dare censum Caesari, Matthe. 22. & Marci. 12. inquit, reddite, que sunt Caesari Caesari, que sunt Dei Deo, & sic secundum Archidia. in cap. magnum. 1. quaest. 1. Christus precepit solvi tributum Caesari & ipse etiam solvit volunta- rii & tamen hoc pro se fecit, non vero ex neces- sitate, ut refert Card. de Turrecrem. lib. 4. de Ecclesia. 2. part. cap. 37. qui damnat errorem & Marsilij Paduani asserentis Christum solvisse cen- sum & tributum necessitate obligationis, & notat. Covarr. in pract. cap. 31. num. 2. vers. secundo & eis relatis Gironda in d. l. 1. p. num. 20. & frater Galpar Stephanus in tracta. defenso. Ecclesiastic. liber. pagina. 109. in parvis. tertio &

tributa Regi solvuntur propter subjectionis jus & capitulo secundo de censibus l. competit de pres- criptio. 30. vel. 40. an. l. 5. titulo septimo part. quinta, quarto ex jure gentium, & nam cum eo 18 jure Reges & Regna inventa fuerint, ut. l. ex hoc jure ibi, regna condita. ff. de just. & jur. & explicat bene Minchac. controver. illust. libro primo c. 41. n. 2. necessaria ratione dicendum est eodem jure regum tributa, sine quibus imperia constitui & sustineri nequeunt, introducta fuisse, ideo Bald. in l. contractu numero secundo. C. de fide instr. male dixisse videtur & asserendo, quod Gabella, quae 19 ex contractu debetur juri gentium refragatur, nisi eum intelligas, ut intelligit Lafarte ubi supra in praefatione, n. 30. quoad id quod ex ea causatur, scilicet, quod cum libere contractus soleant fieri, servitus quadam inducitur videtur ex Gabella & impositione primaeve naturae contrac- tum & eorum libertati resistens, sicut & hominum servitutes contra libertatem naturalem sunt, quia eo jure omnes homines liberi nasce- bantur, & sic quodammodo hac de causa ut ibi advertit Lafarte, n. 31. odiosa videtur Gabella & hac nisi principium concessionis consideremus, ut ibi advertit, quinto jura pontificia & 22 Regibus & superioribus tributa & census jubent solvi, cap. si tributum & capitulo magnum. 11. quaestio prima cap. tributum & cap. convenit 23. quaest. prima. sexto jure civili idem confirmatur & 23 cum extent tituli de publican. & vectiga. de col- lonis & tributis, & in constitutionibus legisbus que regis ex tit. 14. de las pechos y tributos, & in tit. de las imposiciones. lib. 6. supra, ex quibus jus- tificatur Regum potestas imponendi tributa & Gabellas in suo regno, dum tamen non recognos- cant superiorem, ut dictum est, item dum tamen sit cum consensu & vocatione regni: nam licet ardua quaeque Rex sine procerum & magnatum convocacione possit expedire, & aliud facere est de humanitate, non vero de necessitate, secundum quod diximus in l. fin. tit. primo lib. secundo, supra, & per Minchaca Controversia illust. capitulo secundo, n. 10. & cap. 23. per totum, tamen in imponendis novis tributis & Gabellis, vel in augen- dis antiquis, regnum est & vocandum, ut appa- ret ex l. prima ubi dixi, n. 6. & ex l. 2. ubi dixi, n. 1. tit. 7. lib. 6. supra & notavit Gironda ubi supra dicit. tract. de Gabel. in prologo, n. 25. & Lafarte in scholio ad l. nostram in n. sexto. iridem se- cundo, & fortius Rex in imponendis iis tribu- tis novis etiam si regni consensum requirit, non debet id petere neque imponere, neque pati ut imponatur in regno nisi ex justa & causa, aliter enim & ipse, & exactores peccarent, ut dixi in d. l. l. prima tit. undec. lib. sexto supra, num. tertio, ubi plures ad id allegavi, & tenet Addit. Capella Tolosana decisione dicta. 451. & Gironda ubi supra n. 23. & 24. & Jacob. de Grasis. in decisione casuum conscientie decisione. 10. num. decimo quarto, & latius decisione 124. per totam, maxime num. 10. cum sequentibus. & Petr. Gregor. ubi supra ubi hanc causam ex tribus justificat, 26 & nempe si ad relevanda onera imperii, vel ad conservandam dignitatem ejus, vel ad utilita- tem communem omnium exigantur, & expendantur, & duas primas exprimit Plinius Junior, in panegyrico, ad Trajan. tertia sub utraque contineri potest, ut per Castro de lege panali

panali dicit. lib. 1. capitulo decimo vers. alterum quod exigitur, ubi optime inquit quod etiam exigitur ut tributa ipsa iuxta debitam proportionem imponantur, & hanc proportionem sibi multis modis considerat & considerandum ait. Primo, inter ipsum tributum, & causam, propter quam imponitur, ita ut non majora tributa, quam causa ipsa propter quam imponitur postulat, nam si majora exigantur injusta erit talis exactio, & erit talis excessus obligatus restitutioni, ut habetur in capite. quia plerique, de immunitate. Ecclesia. & tradit Angles, ubi supra in art. an princeps immoderata vectigalia. secundo proportio hac & commensuratio, oportet quod habeatur inter tributum, & populum, cui tale imponitur tributum, ita ut tributum ipsum populi facultatem non excedat, & alioqui tyrannicum, & injustum erit tributum, quoniam quod pro populi utilitate instituitur non debet contra illius utilitatem militare tributum autem quamvis regi datur, non tamen propter Regis, sed propter populi utilitatem datur, & inde sequitur, ut non debeat tantum tributum imponi ut per illum populus penitus destruat, aut in nimiam deveniat paupertatem, nam qui hoc faciunt non solum de lacte gregis comedunt, sed ipsum gregem exoriant, propter quod Dominus per Prophetam Michiam hujusmodi principes qui talia tributa imponunt, reprehendit dicens, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, & post pauca qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum, qui comedunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper exoriant. Boni quippe Pastoris est, pecus tendere non deglubere, vel ad vivum usque radere, ut scripsit Tiberius Cæsar semilio Recto, qui Ægypto præerat, mittenti majorem summam constituta, ut per Diony. Cass. lib. 57. histo. postquam autem tributum toti populo impostum est, oportet in illius dispositione observare proportionem & geometricam, ita ut considerata prius cuiusque facultate, tanto majus aut minus imponatur tributum, quanto ille magis, aut minus dives fuerit, hæc sunt quod inquit Castro ubi supra, & bene, quæ sunt necessaria ad hoc ut tributum aliquod sit justum, & quod si aliquod horum desset, ut puta Auctoritas aut causa justa, aut debita & proportio erit injustum: ut & inquit Humada lege quadragesima-sexta titulo sexto parte prima glossa tertia, numero undecimo cum sequentibus, de quibus, & tradit Aragon, de justis. & iure questione sexagesima-seconda, articulo tertio, versicul. de tributis, pagina centesima-nona, & novissime post hæc vidi Ludovicum à Carbone deservit. questione vigesima-seconda cum sequentibus, notandumque inquit Castro ibi quod si tributum est injustum propter solum defectum proportionis, ut puta, quia excedit causæ necessitatem, aut populi facultatem, pro ea sola parte, quæ est excessus, non obligabitur subditus ad reddendum, sed ad aliam partem in qua est justa proportio, & debita commensuratio, tenebitur in conscientia subditus reddere, sicut licet in contrarium, imo quod in nihilo teneat Iacob de Graffis, in decis. cas. conscientia distinctione centesima-vigesima quarta, numero viginti-versi.

mo se primo, dicens, tunc in totum etiam fraudari posse, sed mihi magis applaudet, quod pro excessu tantum, ut inquit Castro ubi supra. Sed quia ut inquit decimo illa dicit. numero trigesimo-septimo non potest dari certa regula, neque assignari certus terminus, quando Gabella sit exactiva, totum remittitur arbitrio iudicis, & subditi qui ab illo liberi non sunt tenebuntur in conscientia illud reddere, neque ab hac liberatione liberabuntur per hoc, quod se exponunt periculo pena contra tales per legem imposita, nam lex humana penaliter non potest tollere obligationem & legis divinx, adeo ut quamvis condemnatus in pena solutione, penam luat, non exculsetur in conscientia ab hujusmodi tributo reddendo, ita Castro ubi supra, quæ se reliqui ut præmanibus habeantur, quorum & actus retulit Petr. Gregor. dicit. 1. part. libro secundo, cap. 3. Syntagmat. jur. ubi numero decimo, inquit, iuxta aliquando exordio possunt esse vectigalia, ex causa urgente tunc, ut ob bellorum impensas maximas, at quando causa cessat injusta sunt, & si exigantur, & populus, qui in necessitate confert, vel sponte, dum sine causa onera perleverant, solet res inculcas abjicere, sicuti quando Chilpericus descriptione novæ in Regno fieri iussit, multi relinquentes civitates quas incolabant, vel proprias, alia regna perierunt, fatius ducentes peregrinari, quam tali subjacere periculo, statutum enim fuerat, ut possessor de propria terra unam Amphoran vini pro Arpentum daret, ut est author Gregor. Turon. libro primo histo. Franco. cap. 27. dicebatque Philippus 6. Rex, in parte ulti. styli parlamenti Apsieni, titulo de talis & exactio, consilii Philippi Sexti Anno 1358. Declaramus insuper intentionis nostre non esse, quod Gabella, & impositiones nostre semper darent Perianderque & Corinthiorum Rex à nemine tributum exigit, sed redditibus fori & portuum contentus fuit, ut de iis & aliis inquit Petr. Gregor. ubi supra dicit. num. 10. ubi & inquit quod Trajanus amplissimus Cæsar novit & hoc, cum detestari cepit impias exactiones, dixit enim, sicutum lienum, & nam sicut liene crescente in corporibus nostris, artus reliqui tabescunt, ita turgente principis silico, reliqua civitatum membra tabescunt, & agrotant, ut si quis princeps velit cor reipublicæ validum esse, oportet silicum non habere tumensent, & ex quo legillator in lege decima-quarta titulo quinto part. secunda improbens Regum cupiditatem inquit, & como quer que el Rey es señor de sus pueblos para mantenerlos en justicia, & servirse de ellos, con todo esto, guardar los deves en manera que no des fallexcar, quan o menser los ovierca segun dixo Aristoteles a Alexandro, el mejor tesoro que el Rey ha, y el que v as tarde sepier de es el pueblo quando bien es guardado, & con esto acuerda lo que dixo el Emperador Justiniano, que es non es son el Reyno es la camara del Empe adon rios & abondados quando sus vasallos son ricos e su tierra abondada, que sunt verba multum notanda à Regibus & consultiis eorum, & sic consequenter injusta essent vectigalia, & Gabella ut explicat Cajetanus in summa vers.

vers. vectigalia, in princ. & capitulo secundo vers. quartum & Petrus Navarra de restitutione libro tertio capitulo primo, numero ducentesimo-trigesimo-quarto, sive quæ imponuntur à non habente potestatem, ut pote à tyranno, sive quæ ex forma, & ut si plus graventur minus gravandi, sive ex fine, ut si non pro publica utilitate, sed pro particulari bono principis, sive ex materia, ut si imponantur super rebus necessariis, & non potius super negotiatione, & hac de causa vetitum est ne fila aliqua imponatur sine Regis expressa licentia, ex leg. decima-sexta, titulo octavo supra isto libro, ubi tamen tributa essent necessaria & justa & justificata ex dictis, & ex causis adductis per Angles. ubi supra dicit. artic. primo an vectigali, que hodie Regi. & per Salon. de just. & iure cap. 186. pagin. 438. columna secunda cum sequentibus, iuxta ea petit & imponit Rex, debet tamen, pecunias tributorum ad illas causas, ad quas concessæ sunt erogare, non vero ad alias dare, nam si ad alias daret, & ex hoc gravetur populus, peccaret Rex, nisi adesset iusta causa, ut inquit Rebut. in secundo tomo consilii. Franc. tit. ut benefice. ante vac. articulo secundo, glossa quinta & sexta, & ob hanc justam causam reduci tributum ad alias causas vel percipiendi illud cessante prima concessionis causa, crederem fieri posse, quoties etiam si cesset prima causa, vel ad alias causas reducat, illæ causæ sunt iustæ & in eis esset idem tributum imponendum & si de novo peteretur, tunc enim liceret utique illud petere, ut inquit Cordov. in sum. quest. 95. in resp. ad secundum dub. & Petrus Navar. de restitu. lib. 3. cap. 1. num. 160. in fi. & Minchaca, de successione, progressu in prefatio. num. 98. & Lafate ubi supra in prefat. num. 26. & novissime post hæc vidi Ludov. Carbone. de restitutione questio. 32. pag. 214. in parvis, sic tenentem quod ego limitare dum tamen, pro illa secunda causa & ejus succursum sit necessarium totum illud tributum, & concessæ alias, quia tunc solummodo & necessarium peti possit, & solvi, & quid si est dubium an cessaverit causa concessionis vel non, an iuste peti possit, vel defraudari vide Cord. ubi supra, & Petrus Navarrum, ubi supra n. 261. cum sequentibus. Eadem etiam quæ dicta sunt in Rege tenentur servare & alii omnes habentes jus imponendi collectas & Gabellas ut sunt civitates non recognoscens superiorem, prout sunt civitates Thulcie, & Lombardie habentes merum imperium & sicut ex præscriptione secundum Baldum capitulo primo de pace tenent. in usu feud. post glossam in Authentica de defensione civitatum §. iure surando & alios allegatos per Bertachinum de Gabel. 1. parte, numero 15. ubi idem dicit in aliis civitatibus merum imperium ex privilegio civitatis, vel ex consuetudine, vel ex constitutione de pace constan. ex Barto. in l. prefatis. C. de Episco. audi. non vero si de facto superiorem non recognoscens, ut per Bertachin. ubi supra numero 16. cum sequentibus, debent tamen tales civitates potentes indicare novas Gabellas, id facere in casibus permisis, & secundum quod in Rege & non recognoscens superiorem rem fit, imo & tunc per adunantiam & populi generalem, non autem per ordinem decurionum, nec per consilium populi, cum adunantia generalis sit superior, & habeatur loco imperato-

ris, nisi concilium populi haberet auctoritatem, vel potestatem ab adunantia generali, per leg. prohibet. §. plane. ff. quod vi aut clam, notat Salicetus in lege vectigalia, columna prima, C. nova vectigalia, & Bertachin. ubi supra numero decimo-octavo, ubi hoc probat ex eo quod concilium generale potest committere certis consiliariis aliquid faciendum, & quod per illos fit, à concilio fieri dicitur, lege illud. §. si decuriones & ibi Barto. ff. quod cuiusq. universitatis nomine. Et quid in civitate Venetiarum, & Bertachin. ibi numero decimono & 20. inquit posse pro mercibus maritimis Gabellas imponere, quia Veneti ex consuetudine sunt domini maris Adriatici, & possunt statueri super Gabellis maris, & tradit Angles ubi supra, ulterius incepta prosequendo idem erit dicendum in omni alio habente jus imponendi vectigalia & Gabellas, nam intelligitur posse eas imponere, servatis servandis & ex iustis causis, & ut in Rege non recognoscens superiorem dictum tenent, & jus hoc acquiri potest & uno de quatuor modis. Primo ex privilegio & concessionis principis jus illud habentis, ut notant omnes in Rubric. C. nov. vectig. impon. non posse. glossa in leg. forma. §. si vero quis agrum vers. levavi. ff. de censibus in fine, quam sequuntur plures relati per Tiber. Dec. in Respon. 41. num. tertio, volumine secundo & ex lege prima, titulo undecimo, libro sexto Recopilationis, & sic vendendo jus hoc, ut licet inest imo necessarium pro sublevanda necessitate, inquit Ludovicus à Carbone de restitutione questio. 33. questio 16. potest enim princeps concedere privilegium hoc alicui populo vel privato, ex textu. in capitulo super quibusdam. §. præterea de verborum significatione, C. x. dicta lege prima, titulo undecimo, libro sexto supra tenent Bald. & plures relati à Bertachino de Gabel. prima parte, numero vigesimo-tercio ubi num. 24. inquit quod tale privilegium exigendi Gabellas, vel collectas concessum à principe non potest revocari & quia transit in vim pacti vel conditionis, ex leg. quod semel & ibi Barto. ff. de decret. ab ord. faciend. & in l. hi qui in fin. ff. de iure immun. & idem dicitur in privilegio ne quis teneatur ad collectas, & ex eodem Barto. in dicit. l. quod se met. & in l. omnes populi ff. de just. & jur. & Bald. & aliis relatis per Bertachinum dicto mun. 24. ubi & querit an valeat tale privilegium concessum alicui loco gravato alicuius pedagiis, & inquit quod non quia est subreptitum hoc tacito quod erat gravatus alicui pedagiis. Secundo acquiritur jus imponendi collectas & Gabellas consuetudine, & ex textu. in cap. sero. §. 18. quest. secunda, juncto etiam contra morem distinctione 100. ubi idem etiam de privilegio aliteritur, & probatur etiam in dicto capitulo super quibusdam §. præterea de verbo. sign. & in cap. innovamus de censibus & in dicta. leg. prima, titulo undecimo, libro sexto supra & plura alia allegat Bertachin. de Gabel. dicit prima parte num. 26. & 27. etiam si glossa in l. minus proprie. ff. de verborum sign. utrumque requiratur, scilicet privilegium & consuetudinem, nam communiter reprobat secundum Bertachin. in eodem mun. 17. Tertio & consequenter idem dicendum est in præscriptione & ut est text. ubi notat Bart. in l. cum de in rem verso. ff. de iur. & in l. libris. C. de agricolis, & censuris, libro undecimo notant omnes in l. si certis annis. C. de pactis. Bald. in l. solent. §. si ff. de

de offic. procons. debet tamen hac consuetudo vel
 57 p[re]scriptio esse immemorialis ex dictis iuribus,
 & quia habet vim privilegij, & tituli, ex l. se-
 cunda 6. dicitur aqua ff. de aqua quor. & ali. ut &
 alibi late diximus & est mirabile secundum Ber-
 tachin. ubi supra num. 31. quod est speciale in
 hoc iure habente causam continuam, quod re-
 quiratur p[re]scriptio tanti temporis, cum suffi-
 58 ceret tempus ordinarium in servitutibus ha-
 bentibus causam continuam, sed ego nihil mira-
 59 bile adesse in hoc intelligo, cum discontinue ac-
 quiratur, ut pot[er]e quia factum hominis requiritur,
 scilicet, in imponendo v[er]tigali, vel non
 solvendo, item quia cum imponere sit de rega-
 libus, nimirum si tantum tempus requiratur i-
 mo & scientia requiritur illius, contra quem
 consuetudo vel p[re]scriptio inducitur, licet suf-
 60 ficeret scientia suorum quod iudicium & personarum
 ab eo impostarum in talibus locis ubi jus hoc
 acquiritur, ut alibi diximus in similibus casibus
 & voluit Berdachin. ubi supra numero 29 ubi dat
 cautelam, qua quidem cum mendacio non utaris
 61 rior est, & consuetudo hac vel p[re]scriptio
 immemorialis imponendi Gabellas in aliqua
 provincia, vel populo in una re non extendetur
 ad alias in quibus non est consuetum, secun-
 dum Berdachin. ubi supra numero trigesimo-
 62 terio, quem vide. Quarto modo acquiritur jus
 hoc Gabellas imponendi ex conventionem facta
 cum ipsi subditis, de qua loquitur textus in leg.
 63 s[er]v. s. p[re]terea, ff. de mun. & hon. & per totum
 tit. ff. de anno. & trib. lib. 10. & hac appellantur
 muera conventa, sed hac in terris superiorem
 habentibus fieri non possunt, etiam cum con-
 sensu populi maxime in nostro regno attenda
 dispositione. l. 1. & per totum tit. 6. lib. 7. supra,
 & hos quatuor modos acquirendi jus hoc de-
 signat Tiber. Decia. resp[on]. 41. num. 3. & se-
 64 quent. lib. 2. sed quocunque modo acquiritur
 non possunt imponi nisi ex iusta causa, &
 secundum quod supra dictum est licere Regi
 non recognoscenti superiorem, & in consue-
 tudine voluit Petr. à Navar. in dicto. tracta. de
 restitu. lib. 3. capit. 1. num. 259. inquit tamen
 Jacob. à Graf. in decisio. cas. conscient. decis. 124.
 num. 6 quod si antiquitus p[re]stari sunt solite
 Gabellæ, quod ex quo in principe causa p[re]-
 sumitur licite in conscientia fraudari non pos-
 65 sunt, quod ego si verum est, intelligerem
 quoties de causa non constaret, secus si constat,
 & est iniusta vel cessavit, ut ipse ibi. num.
 35. dicit & Carrocus in loco infra num. sexto
 allegato, sed quid si populus dubitat, an sit
 iusta, debeat iusta reputari necnè, vide Ludo-
 vicum à Carbone, de restitutione quest. 33. in prin.
 Ex quibus habes Regem, civitatem, & domi-
 nos non recognoscentes superiorem posse indi-
 cere v[er]tigalia & Gabellas, in suis regnis, &
 dominiis, & populis, & itidem illos qui ex
 privilegio, consuetudine p[re]scriptioe vel ex
 conventionem jus eas imponendi acquirerunt,
 ut dictum est, debet tamen esse indultum cum
 causa v[er]tigal hoc & Gabella justificata ecum-
 dum quod dictum remanet, & tunc licite
 erunt & in iustitia & in conscientia debentur
 tales Gabellæ & v[er]tigalia, & nemini li-
 cebit eas defraudare & abique peccato & one-

re, restitutionis, ut omnes supra dicti D. D. alios
 referentes asserunt, & hanc opinionem tutio-
 rem dicit Minchaca de successio ora. §. 28. num.
 28. vers. redeundo in eos, unde delendum est,
 & Humada in l. 29. tit. 6. par. 1. glof. 3. num.
 5. cum sequent. & novissime Carrocus, quem
 post hæc vidi in tracta. locati & conducti. 1.
 part. tit. de locatio. v[er]tigal. quest. 1. ubi num.
 4. etiam lex penam imponat. & num. 4.
 hoc intelligit dum tamen talis Gabella sit iusta
 & num. 35. supra etiam diximus & tradit Na-
 varra de rest. dict. lib. 3. cap. 1. n. 227. cum seq.
 aliquibus & Angles. ubi supra tit. defraudanti-
 bus v[er]tig. iuxta Mexia, in pragmat. taxæ pacis
 in 5. concl. num. 42. & Gironda de Gabell. 12.
 part. num. 6. & 7. etiam non petatur,
 ut dicemus in l. 19. num. 4. infra eod. tit. in-
 quit tamen Berdachin. ubi supra num. 31. quod
 v[er]tigal respectu directi domini non potest
 p[re]scribi, sed respectu tantum utilis, & datur
 publiciana. & l. cum sponsus §. in v[er]tigalium &
 ibi Bart. ff. de publi. & v[er]tigal. & an credatur
 Regi dicenti se ex iusta causa & imposuisse,
 vide Mascard. concl. 1228. num. 13. & in du-
 bio Gabella p[re]sumuntur & iuste secundum Jaco-
 67 cob. de Grafis, in dict. decisione, 124. casum
 conscientia num. fin. ubi in num. 10. inquit quod
 si constat de causa efficiente est in dubio p[re]-
 sumenda & iusta. 69
 Ibi, Que los vendedores, sive sint minores
 sive maiores viginti quinque annorum, dum
 tamen sit venditio valida & efficaciter facta,
 sive mares, sive feminæ non conjugatæ, nam
 si conjugatæ, licentia viri requiritur, vel quod
 sit solita negotiari videtur & permittente ma-
 rito; aliter enim contractus & venditio esset
 nulla, & consequenter Gabella non debetur,
 ut novissime inquit Gironda de Gabellis in 9. part.
 num. 2. cum sequent. & Tirquel de retrat. tit.
 1. §. 1. glof. 2. num. 7. & si soluta sit, repeti po-
 68 test, ut per eundem ibidem, tit. de carceratio. §.
 6. glof. 2. num. 6. & consequenter omnes ho-
 mines de mundo tenentur & solvere Gabellas,
 ut ibi per Girondam in 7. part. §. ut cognosca-
 mus num. 1. nisi illi qui speciatim exceptuati re-
 peruntur, de quibus ibi per eum. & in aliis
 69 questionibus ejusdem tractatus, & in tit. 18. hoc
 libro declarantur, ulterius notandum est ex iis
 verbis, quod licet antea de jure communi Gabel-
 læ solvendæ onus, ad emptorem spectaret,
 & ut ex text. in l. debet. ff. de edil. edict. nota-
 70 bant Bald. & alii relati per Gironda ubi supra
 in 4. part. §. unum autem in hoc. §. 1. num. 1. cum
 sequent. & hanc sententiam esse veram de jure
 communi asserere Castillo, l. 70. Taur. in glof.
 penul. & communem testatur Ludov. Roman. in
 sing. 588. per Italiani, & DD. ita emptori
 attribueret testatur Lafarte, tam in scholio ad
 hanc legem nostram in dicto tracta. de Gabell. num.
 7. quam in cap. 15. num. 1. & in cap. 14. num.
 13. ex dict. l. debet, quam legem hoc non pro-
 bare in eo cap. 15. num. 1. testatur ipse Lafarte
 ex Pinelo, l. 2. C. de rescind. venditio. 2. part.
 cap. 3. num. 40. & revera ad utramque partem
 potest ille text. adduci, & sic ibidem Capo-
 71 la, in 2. notabilis dicebat, quod ad emptorem
 & venditorem & equaliter pertinebat Gabellæ
 solutio, & in l. 15. in quaterno Gabellarum fit
 mentio

mentio de hac equalitate in vicinis de Valde-
 ras, quæ est l. 7. tit. 18. infra eodem, & in l. 2.
 eodem tit. & in l. 3. infra eodem, tamen jam ex
 lege nostra regulariter Gabellæ solutio pertinet
 74 & incumbit & venditori nisi ubi aliud ex le-
 gibus ipsi Gabellarum fuerit expresse dispositum,
 & tradunt Lafarte & Gironda ubi supra, &
 Villalobos in arario mille communium opinio.
 littera E. num. 4. & Felician. in tracta. de cens.
 lib. 2. cap. fin. num. 1. & hoc est sine dubio,
 licet privilegium habeant Gabellarii recupe-
 75 randi & Gabellam à venditore, vel ab empto-
 re non revelante venditionem & emptorem in-
 tra quinque dies à lege regni hujus quater-
 ni Gabellarum determinatos, ex l. 3. in fin. tit.
 19. hoc lib. ut inquit optime Gironda in dict. §.
 unum autem num. 2. pag. 76. & ante cum Minc.
 de success. creat. tom. 1. §. 10. n. 15. vers. in summa
 sed si emptor eam solverit poterit à venditore
 76 recuperare, & cui venditori incumbat onus cam
 solvendi, adeoque ibi Gironda, in dict. num. 2.
 hæc vera dicit, quod etiam ab illo qui nomine
 alieno vendidit aliquam rem, ut alienam, vel
 tanquam ejus procurator potest recuperari Gabel-
 77 læ, contra Lafarte in dict. cap. 15. numer. 4.
 cum 6. sequent. quem ibi Gironda in hoc repro-
 bat, sed ego veritatem & tiorum credo senten-
 tiam Lafarte, scilicet, quod à tali procuratore
 78 exigi non possit, sed à vero & Domino rei ven-
 ditæ, vel à re venditæ & quæ ut ibi inquit Giron-
 da transit cum onere solvendi Gabellam & ex ca.
 per. l. Imperatores. ff. de publica, nisi dominus, verus
 esset exemptus à Gabellæ solutione, quia
 tunc neque ab eo neque à procuratore poterit
 peti, ut ibi per Lafarte n. 9. ex l. 10. tit. 8. infra eod.
 dem ulterius hoc ampliat quod licet venditor
 vendat liberè, & sic horro de alcavalas, ita ut Gabel-
 læ solutio remaneat emptori, adhuc Gabellarius
 79 poterit à venditore illam exigere ac percipere, cum
 ex suo pacto venditor deteriori conditionem
 Gabellarii efficere non possit, licet ipsi venditori
 remaneat salvis jus recuperandi ab emptore il-
 lud, quod pro Gabella Gabellario solvit, sive
 compulsus, sive non solverit inquit Lafarte in
 dicto cap. 15. n. 11. ubi num. 12. ex hoc nihil
 80 speciale dicit constitui, & in l. 8. tit. 18. infra
 eodem, dum ibi dicitur quod vendens clerico
 franco pretio ad huc Gabella ab eo peti potest, &
 ipsa à clerico recuperabit, nam cum in sit de
 jure, nihil speciale ibi constituitur, sed confir-
 matur id quod de jure fundari poterat, ut ibi per
 eum in dict. num. 11. cum sequent. aliquibus. Dis-
 81 plicet tamen mihi illud quod ibidem ipse Lafarte
 num. 19. inquit cum Parlador. ibi allegato,
 & Gironda de Gabell. in prealudio nu. 11. & in 5.
 par. nu. 41. scilicet quod Gabella sit solvenda
 Gabellario tam ex principali pretio quam ex illo
 pretio franco, solvendo pro Gabella ipsi Gabel-
 82 lario, & nam licet ibidem alterat illud plus pro
 Gabella solvendum esse commodum emptoris &
 sic pretium etiam rei venditæ, tamen ni fallor
 non sic esse iudico, nam & cum venditori in-
 cumbit onus Gabellæ, ratione istius oneris fem-
 per procurat vendere carius, quam venderet si
 onus Gabellæ ad eum non pertineret, & emptor
 impletur Gabellæ ab eo solvende, ex vi pacti
 ad horro de alcavalas, semper procurat minoris
 emere quam emeret si pactum hoc non appo-
 83 Azevedo in Recopilationem. Tom. VI.

fuisse de precio franco, & sic non fit injuria Gabel-
 lario, qua de causa nunquam circa hoc vide Gabel-
 larios instituisse, neque iudicium credo, quod
 instant eum eadem sit ratio in utroque casu, &
 decima decima non debetur, neque est lex, quæ
 hoc jubet solvi, & sic non est amplianda Gabel-
 latorum cupiditas, sed coarctanda potius, &
 quia aliter iniuste emptor oneraretur in solutio-
 nem subdecimæ, cum ipse solum se obligaverit ad
 solutionem decimæ pretii illius, quod realiter
 venditori solvit, neque potest franquistia illa di-
 ci pars pretii, ex dictis per Felici. de censibus lib.
 2. cap. 1. num. 14. neque augmentum, ejus quia
 emptores semper minus pretium solvant ratio-
 ne franquistiæ illius, ut experientia docet, &
 venditor plus venderet si sibi remaneret onus sol-
 vendæ Gabellæ, ut in simili inquit Bart. in l.
 inter alium ff. de publica, & v[er]tigal. & Abb. in cap. tua
 secundo de decim. & sic uno modo neque alio
 non fit injuria Gabellario & in simili idem con-
 sultit Felicia. de censib. lib. 2. cap. fin. num. 8. ne-
 que obstant dicta per Lafarte, quia in aliud sunt
 propositum si bene considerentur, neque hoc est
 ad hoc, quod videatur majus pretium solvi ven-
 ditori, sed quia decima decima non debetur,
 sicut neque fructus fructuum, neque usura usura-
 re, neque partus partuum, ut per glof. causam,
 in l. sed & partus, ff. de iis que vi mos. sunt.
 Ibi, pague, integre, & statim quod emptio &
 venditio perfecta est, etiam re non tradita, ne-
 que facta & solutione, nam eo ipso quod de pre-
 84 tio conventum est inter partes perfecta est venditio,
 quamvis quidem pretium non numeratum
 sit, ut est text. in pri. inst. de emptio. & vend. l. 1.
 & 2. & 6. & 7. tit. 5. par. 5. & l. 2. & 3.
 tit. 10. lib. 3. fer. neque res vendita tradita sit,
 ut est text. in pri. inst. de obliga. qua ex contractu
 nascuntur, ubi, ac nec dari quicquam necesse est,
 ut substantiam capiat obligatio, & in §. p[re]scribitur
 inst. de donat. & satis eleganter explicat text.
 in l. 1. ff. de re. perm. & in l. 2. ibi, non autem
 pretij numeratio, sed conventio perficit emptorem ff.
 de contrab. emptio. & est communis Doctorum
 traditio; etenim illa pretij numeratio & rei ven-
 ditæ traditio, quæ in venditionibus fieri solent,
 & debent, non ad substantiam contractus, sed
 ad executionem pertinent, propter quod tripli-
 cem aut quadruplicem perfectionem emptio &
 venditio & habere dicitur Baldin. l. nec s[er]vatio. ff.
 de peri. & com. rei vend. quem refert Dec. cons.
 179. num. 3. & late Martiengo in l. 7. glof. 6.
 num. 14. tit. 11. lib. 5. supra, & in expresse proba-
 tur hoc ex l. 10. infra isto tit. in fin. ubi per no-
 ser acabada de pagar, & ex l. 3. tit. 19. lib. isto
 infra ubi de p[re]s del os orgamienyo y fecha de la venta,
 ubi etiam dicemus & ex lege nostra itidem probatur
 dum postquam venditoribus incumbere onus
 Gabellæ dicit, immediate inquit, pague, quasi
 solum lex nostra contentetur cum eo solo, quod
 venditores sint, & nihil aliud requirit, ratio est,
 quia regalis hæc decima non ratione rei venditæ,
 vel pretii conventi, sed ratione & contractus ven-
 ditionis debetur, ut ex nostra lege etiam probatur,
 84 ubi venditores, & ibi, porque vendieren, & in ex-
 presso, ita resolvit Avendanno, resp. 29. per
 totum & Lafarte de Gabell. cap. 5. num. 1. cum se-
 quent. & cap. 6. per totum, contra Montal. & Cas-
 tello ibi allegatos, aliud & male dicentes, & al-

lucimantes, quod venditio & emptio non esset perfecta nisi re tradita, quod est contra dicta jura, & sic etiam quod ante traditionem debeat Gabella, tenet Girona de Gabel. 5. par. 5. un. co. nu. 12. pag. 120. contra Tiraquel, de retro. retr. tit. 1. num. 48. §. 1. glof. 2. ubi numer. 44. & in eodem §. 1. glo. 10. nu. 115. idem cum Girona tenet.

87 Ex quibus plures effectus & resultant, primus quod Gabellarius agere poterit ad Gabellam eo ipso quod de re & certo pretio pure convenerit, quamvis nec pretium solutum sit, nec res tradita. Secundus quod licet nunquam res vendita tradatur adhuc Gabella debitum remanet, ut per Lafarte de decim. vend. cap. 4. num. 1. & cap. 14. num. 6.

Tertius quod licet partes penituerint venditionis ante rei traditionem vel pretii solutionem 86 Gabella non & excusantur, quia ex conventionne ipsa illius obligatio orta est, & jus fisco questum, ut dictum est, & iterum tradit Lafarte dist. ca. 14. nu. 7. & Avendaño Resp. 29. vers. fiseus, contra Michael. Salon. de jus. & iure. in cap. 191. pag. 454. vers. demum questio, aliud volentem, & contra Pet. Navarram, de restitutione lib. 3. capit. 1. num. 244. & 245.

Quartus, quod si dominus alicujus loci Gabellas habeat, quo in loco venditio contracta est in vita possessoris illius & majoratus, res vero tradita est emptori post mortem ipsius domini, postquam jam scilicet, alius in jure Gabellarum successerat, haeres illius primi domini in cujus tempore venditio fuit conventa & celebrata habebit Gabellam illius venditionis non vero successor & Gabellatum ipsarum, & idem erit quoad quoscunque Gabellarios, ut tenet optimè Lafarte ubi supra, cap. 3. nu. 10. ex text. in l. 12. infra isto tit. & lib. dum Gabellarios temporis contractus ipsi antepont, quorum tempore ille contractus ad omnimodam executionem, & herede traditionem seu usum perducitur. Quintus effectus est, quod si quis tempore venditionis est immunis à Gabella solutione, ut qui tunc erat uxoratus cum aliqua ex descendentijs Antonia 88 Garzia, licet tempore traditionis cessasset jam ex aliqua causa justa haec immunitas, non debet 89 Gabellam ex tali venditione, sicut è contrario & si tempore venditionis non erat immunis à Gabella, & tempore traditionis esset immunis debebit Gabellam, quia ut dictum est, tempus contractus puri inspicitur, non vero traditionis, ita Lafarte dist. c. 3. n. 13. neque supradictis obstat lex. §. infra eodem ubi traditio videtur considerari, nam ibi consideratur traditio, quoad considerandum in quo loco debeat Gabella, & solvenda sit, non vero quoad hoc an traditio requiratur ut debeat Gabella & peti possit, ut & inquit Tiraquel, de retr. retr. §. 1. glof. 21 nu. 47. quibus sic discussis, ampliatur primo nostra conclusio, ut procedat etiam si arrha intervenit ex quacunque parte, nam cum à principio pure sit venditio celebrata, statim Gabella debetur, prout in specie referendo Didac. Perez, tenet Lafarte dist. c. 3. n. 18. sed ejus opinio mihi nequaquam placet, & quoniam cum intervenit arrha licitum est, partem arrham praesentem penitere & restituere à venditione, ex text. in l. 7. titu. 1. par. 3. quia ut inquit Angel. relatus per glof. 1. ibidem, qui sic tacite videtur

actum inter contrahentes, ut arrham amittere vel publicatione sint contenti, & sic in hoc casu discedente aliqua parte ab emptione nulla debetur decima, cum adhuc tunc perfecta venditio dici non potest, cum qualibet pars potest penitere perdendo arrham simplicem, vel duplicem, secundum quod in eadem. l. 7. part. disponitur, & sic malè meo videri tenuit Lafarte ubi supra dicendo Gabellam deberi, etiam si aliqua ex partibus, arrha prestata ab hac discedat venditione, potest tamen opinio Didac. Perez, & Lafarte eum sequentis procedere cum non tantum datur Arrha pro signo, sed insuper & pro parte pretij, & dicendo, *deyas esto per fennal, por parte pro cia, nam cum tunc nulla pars possit discedere à tali emptione secundum dist. l. 7. nimirum est quod debetur Gabella, ex tempore contractus, & sic potest ampliari nostra conclusio, & post haec ita voluit Girona de Gabel. 5. par. in pri. numer. decimo octavo & decimo nono, & Michael. Salon, de jus. & iure cap. 191. pag. 454. vers. tertio no. cum sequen. & nota quod in primo casu cum datur arrha pro signo, si nulla ex partibus discedat à venditione, debetur Gabella Gabellatio qui erat & tempore contractus, non vero tempore traditionis, quia jam verificatur venditionem esse pure factam cum animo delibetato partium ex tunc valida fuerit. Secundo ampliatur nostra conclusio quod ex tempore contractus Gabella debeat, & peti possit ut procedat etiam si ex partium expressa conventionne esset determinatum, quod rei venditio traditio fieret tali tempore, & sic in diem aliquem ut tenuit Bart. l. 24. Senecamus viris, & ibi Platca. C. de consuli. lib. 12. & sic judicatum ait Josephus Ludovicus in. 114. decisione Perusi. & sequitur Lafarte ubi supra capit. 6. nu. 12. Tertio ampliatur & fortius ut idem sit, quando venditio tota vel sola pretij solutio & in diem certum differat, nam & tunc peti statim potest Gabella, ut cum Avenida. Respon. 29. vers. fiseus cum sequen. tenet Lafarte in. d. c. 6. num. 24. ubi à num. 18. cum sequenti. late pro utraque parte id examinat, & tandem tenet hanc opinionem, quam ego vidi regia sententia in Senatu Regio patrimonij Regij sequunt, & sic determinatum nullo interulario medij temporis venditori per Gabellarium soluto neque solvendo, ut dicebat Bart. in. l. Falcidia habet. ff. ad leg. Fal. & sequendo Avenda. ubi supra, etiam si Alexanil. & Xuar. secuti & relati per Parlatorei in lib. 1. rer. quotid. capit. 3. n. 48. aliud in terminis velint tenere, & Avend. opinionem dicit verissimam Lafarte in. d. cap. 6. num. 27. & novissime Girona ubi supra 4. part. §. 2. num. 1. cum sequen. & videtur probari ex l. 10. in fin. infra isto tit. 17. dum ibi denegatur petitio tabellionis nolentis & recusantis copiam talis venditionis tradere Gabellario eam petenti pro recuperanda Gabella, & jubetur ut omnino eam statim tradat, quasi vellet lex tradendam talem copiam Gabellario ut statim Gabellam illam recipiat & exigat, aliter enim inanis videretur legis illius dispositio, & consequenter quod huc Gabellario tempore contractus existentis debeat talis Gabella, non autem illi qui fuisset die solutionis adjecto: quare quidem conclusio sic ampliata limitatur primo ut non procedat in conditionali venditione, & in ea enim non debetur Gabella, nisi conditio verificetur,*

rificetur, ut per Tiraquel, de retr. retr. §. 1. glof. 2. num. 23. & 24. & consequenter ante non potest peti, quia nondum est perfectus contractus, sed verificata conditione debetur per Gabellario, non Parcelador, & cum quo perficitur conditio ut per Lafador. cap. 3. §. 3. nu. 23. lib. 1. rer. quotid. ut per Tiraq. ubi supra glof. 10. nu. 46. & in tit. de convention. §. 5. in glof. 6. num. 27. secus vero erit si non est venditio conditionalis, quia tunc statim debetur, ex quibus infertur quod de censu redimibili super bonis meis per me imposto in favorem alicujus tertii emptoris, Gabella debetur à venditore & ab eo peti potest per Gabellarium 93 eo ipso quod imposto est census, & tum quia census hic emptio est & venditio, ut apparet ex extravaganti prima & secunda de emptione & vendit. & ex text. in Authen. ut in qui oblig. se prohib. hab. res. Min. §. quoniam, vers. licet ibi supra glof. ubi vers. redditus, in secunda expositione, & resolutio glof. l. 28. tit. 8. p. 5. vers. a censu & Covar. lib. 3. var. c. 7. num. 3. quos sequens refert Lafar. de decim. vend. c. 10. num. 4. ubi merito reprobat Villalobos aliud dicentem, & ex iis ibi Lafarte in num. 5. infert cum Did. Perez, & Parlad. ibi relatis ex tali census redimibilis constitutione gabellam deberi & statim peti posse, quia jam est perfectus contractus & celebrata emptio & venditio, prout ante eos tenuit Avendaño respon. 29. & Felicia. de censu. lib. 2. cap. fin. num. 1. hoc & iuste esse sine dubio asserens & idem novissime tenet Girona, de Gabel. 5. par. §. 1. num. 1. alios allegans, neque conditio apposita quod talis census quandocunque venditor voluerit redimi possit, suspendit perfectionem contractus, nam contractus emptionis perfectus remansit, & potestas illa redimendi illum ad voluntatem venditoris imponentis censum super rebus suis immobilibus ad rationem quatuordecim mille pro milliario prout fuit constitutus, non alterat naturam contractus nec suspendit illum, sed justificat, quia non alias justificaretur & est sicut in emptione cum pacto de retrovendendo & facta, in qua & ex qua Gabella debetur, nam cum ex venditionis contractu jus Gabellae sit questum, non potest postea mutari ex resolutione ejus, virtute voluntatis & potestatis redimendi cum voluerit, & sic in pacto de retrovendendo, ita tenet idem Lafarte ubi supra cap. 4. num. 36. ubi num. 37. cum sequentibus pluribus, tenet quod ex ejus rescissione & nova Gabella non debetur, & bene, quia non est novus contractus, sed dependens à causa antiqua, & necessaria, & ibi alia profertur, circa pactum de retrovendendo: sic etiam ex dictis sciendum est quod ex census hujus redimibilis constitutione super re emphyteotica constitutus, laudemium & debetur domino emphyteosis, secundum Francis Mar. decisione. 477. & Petr. Jacob. relatos, & secutos per Amede. à Ponte, in questionibus laudemialibus quasi. 41. in prin. & Girona de Gabel. 9. part. in prin. num. 34. nisi secundum eundem Amede. ibi in quasi. 15. in fin. dominus emphyteosis approbaverit contractum & venditionem ab emphyteota & factam postquam jam contractus factus erat, nihil sibi relevans juris pro laudemio, vel si ante contractum distulisset praestare censum per duos menses dum requisitus fuit ut praestaret, vel receptor pensionem postquam seivit contractum esse factum & novum emphyteotam in possessionem missum, secus si ignoraret, ut ibi per eundem Amede. quasi. 16. ad fin. Sed an de censu emphyteotico redimibili tamen debebitur Gabella & poterit peti statim & videbatur quod sic, quia jam erat factus contractus & videbatur idem esse quod in censu redimibili de quo supra & ita tenuit Avendaño, dist. ref. 29. equiparans, quoad hoc utrumque censum, contrarium tamen, & melius tenuit Girona ubi supra §. par. §. 1. num. 2. & 3. imo quod non possit peti statim Gabella, sed tunc demum cum redemptione sit & debebitur Gabellario existentem tempore contractus, census emphyteotici redimibilis, ex eo quod in datione hujus census nulla statim contrahitur venditio, & concedens remanet cum dominio rei accensuata, quod concedit, utile tantum dominium transferendo, & in recognitionem directi reservati, annua sibi pensio solvitur, juxta. l. 1. c. de jur. emphyteu. & in hoc non intervenit pretium, & sic non potest dici emptio nec venditio, ex §. pretium inf. de empt. & vend. & interim quod non redimitur, census hic assimilatur locationi, ut apparet ex l. 28. tit. 8. par. 3. & consequenter donec redimatur, & ex redemptione & pretii solutione perficitur & efficitur emptionis contractus non debetur ex eo Gabella, & tunc debetur Gabellario illius temporis, & ita in praxi receptum inquit Girona ubi supra, & Ante cum Lafarte de decim. vend. cap. 10. num. 51. & iterum num. 57. cum 4. sequentibus & tunc debetur Gabella ab illo & qui rem dedit in emphyteosim, & solvet eam Gabellario existentem tempore redemptionis, & ut ibi optime advertit ipse Lafarte contra Covar. ex fundo illo dato ad censum hunc five perpetuus five redimibilis sit census hic, nullam Gabellam debet ipse dans nec recipiens, & locationi assimiletur, ex qua non debetur, nisi prius fundus venderetur pro pretio aliquo, & post pretium illud & reduceretur ad censum, nam tunc ex venditione fundi, debebitur Gabella per vendentem, & ex constitutione census debebitur alia per imponentem illum super illo fundo vel super alio, & num. 73. & 74. haec limitat Lafarte, vel cum datur pro censu redimibili emphyteotico redimitur post, nam tunc peti potest ut diximus, sed an si census hic emphyteoticus esset in perpetuum & constitutus, debebitur Gabella aliqua, dic interprede nullam deberi ullo tempore, nisi postea ex partium consensu redimatur talis census, nam tunc debetur & solvetur Gabellario illius temporis, secundum Lafarte ubi supra, num. 56. imo si postea rem illam Domino census reddam nulla Gabella debetur, ut per Lafarte ubi supra, num. 57. itidem si quis aream suam det alicui ut communem domum aedificet & nulla Gabella debebitur secundum Lafarte ubi supra, num. 14. sed an de constitutione census vitalis, Fulgo de por vida, & debe-

92
93
94
95
96
97
98
99
100
101

110 ¶ debetur Gabella, & deberi inquit Gironda, d. 5. par. §. 1. num. 1. dum ibi illum ponit cum facultate redimendi sicut in censu redimibili & resolutivo, & in utroque dicit Gabellam deberi, & Lafarte clarior & latius idem tenuit in de decim. vend. cap. 10. num. 38. cum 4. sequentibus, ego tam hanc opinionem ita indistincte propositam non utique veram crederem

111 ¶ sed distinctio esse in ea procedendum arbitror, scilicet quod si census hic vitalis, prout solebat fieri per vitam alicujus constituebatur ita quod dum ille viveret censum solveret, nihil aliud obligando pro securitate census & ejus solutione, quam vitam illius, super quo constituitur, etiam si persona constitutentis obligaretur, non utique crederem ex tali contractu Gabellam deberi, quia revera nulla intervenit emptio, nec venditio, libera enim persona neque emi neque vendi potest, cum ad imaginem Dei sit formata, neque ullo pretio aestimari potest, nam & ipsa libertas inestimabilis est, & sic Sarmiento lib. 7. secler. capit. 1. num. 40. inquit vitalem hunc censum non emptioem & venditionem, sed aleatorium ¶ quendam contractum dici posse, neque huic obstat opinio, quod factum retis quod in spe consistit emi potest, ut inquit Lafarte ubi supra quia illud factum aestimabile est iudicio bonorum virorum, vel ex contrahentium consensu existit & vendibile est, quod est diversum ab hominis liberi venditione, seu aestimatione, sed si pro assecuratione hujus census vitalis ultra personam vitam & obligationem obligarentur aliqua bona ¶ immobilia, tunc utique Gabellam deberi existimo, quia sunt obligata bona, quae quotidie venduntur & aestimantur, & dum durat vita illius super quo constituitur durat obligatio, & emptio, rerum obligatarum pro quantitate illa census constituitur, sicut & potest census constitui per quindecim aut plus limitatos annos iusto pretio pro eo dato ¶ & recepto, ut diximus in Rub. tit. 1. de los censos, n. 4. lib. 5. supra, ubi probavimus justos esse census hos vitales, & ita cum hac distinctione resideo, cum qua voluit remanere Lafarte, ubi supra num. 39. in si. cum sequent. dum ibi dicit, sed & praeterea cum hic census vitalis constituitur, ne dum vera emptio & venditio contrahitur, ut diximus, sed etiam rei immobilis suppositio interveniat, & necessaria est, sicut in reliquis perpetuis censibus desiderari dicit, ecce quomodo hoc voluit sentire & tenere & iustificare suam opinionem, ex communi praxi obligandi in hoc vitali censu bona immobilia, ergo vera est nostra distinctio & eam ibi sequi voluit ipse Lafarte sic considerans dubitat tamen Manuël Rodriguez in sua summa. 1. tom. cap. 4. num. 2. an in censu vitali possit apponi conditio quod redimi possit, Sed an ex censibus Regni, quos jura vocamus, debetur

115 Gabella, ¶ dic interpreto non deberi, & sic practica communi receptum est & defendit Lafarte dist. c. 10. n. 76. imo & de censibus impositis per possidem hunc hos jura Regios super ipsis juribus, ¶ ut ita loquar, non debetur Gabella, siue impositi census sint ad vitam, siue perpetuo, ut per ipsum Lafarte ibid. n. 43. & Gironda de Gabel. 9. p. in prin. n. 39. itidemque si super domo habes censum aliquem impositum, & vendis domum illam cum censu

117 illo, ex quantitate & aestimatione census ¶ non

debes Gabellam, tum, quia jam erit soluta ex censu illo, & non debet iterum solvi, tum etiam quia tanto minus accipis quanto census ille aestimatur, ita Lafarte dist. c. 10. n. 16. & 17. & Felice de cens. lib. 2. c. 5. 11. indistincte & melius sic tenens contra distinctionem à Lafarte ibi factam, & hoc nisi secundum quod ibidem Lafarte dicit in n. 37. vendas rem illam super qua censum impositum habes, non quidem cum suo onere census impositi, aut ejus mentione facta, sed ut liberam certo pretio, tunc enim ex toto pretio Gabella debetur, ¶ & ita in practica determinavi. Sed querendum est etiam in quo loco est solvenda Gabella census ¶ impositi, in locone ubi bona existunt obligata censui, vel in loco contractus, vel alibi, & in hoc dicendum est & tenendum deberi Gabellam in loco illo ubi bona specialiter censui obligata existunt, & sic indubitanter tenendum est deberi Gabellam in loco ubi existunt bona specialiter censui huic obligata & hypothecata & super quibus census est specialiter constitutus, non vero in generaliter obligatis, ut per plura fundamenta tenet Felice de censibus libro secundo capitulo fin. numero duo. decimo & Gironda, de Gabel. part. 6. num. 29. & diximus in l. 1. n. 9. tit. 15. lib. 5. sup. & hanc communem & veram & in praxi receptam esse dixit Lafarte, ubi supra cap. 4. num. 51. & probatur ex l. 9. infra isto tit. & lib. & melius ex argumento l. 10. infra eod. tit. & lim. dum ibi jubetur quod contractus venditionis rerum immobilium solum fiat per tabellionem loci in quo bona vendenda existunt, ne forte alio modo defraudetur Gabella, & consequenter disponitur hoc esse, quia ibidem ubi sunt bona hypothecata & obligata specialiter & super quibus specialiter census constituitur, debet solvi decima, sed si bona haec sint in pluribus & diversis locis, dic secundum dictos DD. & maxime Lafarte ubi supra cap. 10. num. 14. quod tantam partem Gabella illius unusquisque Gabellarius habeat, quantum rerum praedicto censui suppositiarum in suo territorio esse consiterit, per judicalem omnium bonorum aestimationem, ut ibidem optime exemplificat ipse Lafarte, & Parlador, lib. 1. rer. quot. capit. 3. §. fin. ad fin. & ita in praxi uti asserit ipse Lafarte, & res est sine dubio, & quid si vendis in hoc regno rem, quae sit in alio, an ¶ Gabella debeatur, vide Lafarte ubi sup. cap. 4. num. 15. Ulterius limitatur nostrae legis conclusio in ijs verbis, quae commentamur ut non procedat in venditione, in qua conventum est inter partes, ut in scriptis venditio fiat, vel quod venditione fiat scriptura, nam hoc in casu licet de re & pretio conventum sit, tamen quia ante quam scriptura fiat partes possunt resilire à contractu, & usque dum scriptura fiat non est perfecta venditio ex text. in prin. infra de emptioe, & vend. & lib. 6. tit. 5. part. 5. merito quod non debetur Gabella statim quod de re & pretio conventum est, sed tunc demum cum scriptura ¶ est facta, & quod debeat Gabellario illi, qui adest tempore scripturae, non vero illi, qui aderat ¶ tempore conventionis, ita in specie tenent Montal. lib. 3. glof. fin. tit. 10. lib. 3. for. & Castillo lib. 70. tam. vers. Del remate, & quod antea non sit perfecta venditio, & debeat Gabella secundo Gabellario, tenet Gironda de Gabel. 5. part.

part. in prin. num. 14. cum sequentibus pluribus, & tenet etiam Anton. Gomez, tom. 2. cap. 2. num. 17. ubi hoc intelligit dum tamen hoc dicant partes in ipso contractu, vel ante, secus vero si scripturam fieri ad substantiam contractus, sed tantum ad probationem, secundum glof. in dist. l. 6. & Dida. Perez. in dist. l. 3. tit. 8. lib. 3. ord. colum. 1055. in fin. Sed est quaestio non levis quando dicitur requiri scripturam ad substantiam contractus, non vero ad probationem.

123 ¶ ita ut antequam fiat partes à contractu resilire possint, vel non, & in hoc de jure civili erant opiniones, sicut & inter nostros Hispanos & nunc sunt, nam volunt aliqui quod si contrahentes tempore conventionis & venditionis dicant, quod de hac venditione & contractu fiat scriptura, videntur velle, quod sit de substantia, ita quod antequam scriptura fiat resilire possint à contractu, & hanc opinionem tenuit glof. in l. inter patrem, vers. sine scriptis. ff. de contrab. emp. tenet Azo in sum. num. 17. C. de fide instrum. quem DD. sequuntur teste Salicet. in Authentica sed novo jure C. fieret. Per. & alij plures relati per Matienço, l. 2. tit. 16. glof. fin. num. 2. & pro ea inquit facere text. in l. 6. titulo quinto part. 1. ibi, Quero que sea de esta vendida carta hecha, e la vendida, &c. Ubi Gregor. ita tenet dicens hanc legem approbare opinionem Azon. nisi aliquid constaret fuisse de voluntate partium, ut in venditione tenet Lafarte, de decim. vend. c. 3. num. decimo. tertio cum sequentibus, & in dist. cap. decimo. septimo, num. quadragésimo septimo cum sequentibus, idem in permutatione esse dicit, contrarium tamen opinionem, imò quod etiam si partes tempore contractus dicant quod fiat de conventionem scriptura, non censentur requirere scripturam pro substantia contractus sed tantum, pro ejus probatione, & quod sic à contractu resilire liceat, nisi expresse dicatur vel probetur hanc fuisse partium voluntatem non aliter contrahere velle, nisi in scriptis, ita quod scriptura requisita fuerit pro substantia contractus, & ejus substantialis forma, tenuit Accur. in §. 1. iust. de emptioe, & vendi, & fuit opinio Joannis ut ibi patet, & ibi Angel. eam dicit communem, & plures alij relati per Matienço ubi supra, num. tertio & ibi ego eam secutus fui, in num. vigesimo. nono, idque fundatur, quia emptio & venditio solo verbo & consensu partium contrahitur & perficitur, ut in hac lege dictum remanet, ergo quamvis partes addant quod fiat scriptura, non mutatur substantia emptiois, quae nullam requirit scripturam ad sui perfectionem, ut in l. 1. & 2. ff. de contrab. emp. adeo ut nulla alia requiratur solemnitas stipulatio, nec alia perfectior forma, & sic ibi Matienço ex ipsamet lege 2. dixit hanc secundam opinionem esse approbatam & veriorum ac receptiorum, & eam sequi videtur Velascus de jure emptioe. quest. 7. num. 4. cum sequent. ubi inquit quod in illis casibus relatis per glof. illam d. c. 1. de cens. in 6. in quibus scriptura requiritur in recipiacionem. Tom. VI.

ra requiritur, non requiritur pro forma substantiali, sed tantum pro probatoria, quia testibus contractus illi probari possunt, dum tamen numerus testium sit major ordinario numero, ut super illa glof. omnes notant, & nos alibi diximus, & sic in dubio, (ut inquit Mascard. de probat. conclus. 1425. num. decimo) contractus non censetur celebrari ¶ in scriptis, si aliud non appareat, vel probetur fuisse ex contrahentium voluntate, & huic secundae opinioni non solum non obstat dist. lege sexta, tit. quinto, part. quinta, in contrarium allegata, sed potius pro hac secunda opinione est expressa, ut apparet ex illis verbis, T quero que sea de esta vendida carta hecha, ponderando verbum illud, quero quod est dispositum, ¶ ut ex text. in lege Pamphilo, §. propositum, de lege tertia notatur per amos ibidem, & cum disponat manifeste, colligitur non aliter contrahentem voluisse contrahere nisi scriptura de venditione, vel contractu fieret, & consequenter, lex hac pro nobis facit, licet Gregor. Lopez in eadem lege sexta non pendens naturam dicti verbi, quero, legem illam pro prima opinione facere, male asseruerit, & ut omnes notant praefertim Cardin. Alexand. in cap. ex literis, l. columna, 4. cum sequentibus. ver. successore de sponsal. & eo relato Augull. Bero. in questione quinta famul. numero primo, verbum volo in junctum infinitivo ¶ non importat actus praeteriti executionem, sed insertum in fieri nondum perfectum, & sic volendo partes vel aliqua earum per hoc verbum, volo, scripturam fieri, jungendo illud infinito denotant scripturam pro substantia requiri, cum nondum sit actus perfectus, sed in fieri, ulterius prosequendo assumptum nostrum non procedet lex nostra quotiescunque venditio celebrata est hac conventionem pretii quanti Titius aestimaverit, tunc enim non debetur statim Gabella Gabellario tunc existens, sed est in pendenti Gabellam deberi, donec Titius aestimet ¶ pretium, tum quia si Titius non arbitrat ¶ moritur ante nulla est venditio, tum etiam quia eo aestimante tunc perficitur venditio, ex text. in §. pretium Inst. de emptioe, & venditioe & pretio non definitio impossibile est decimam ejus computare, & probatur etiam ex lege secunda, ibi sine pretio nulla est venditio. ff. eod. titulo & ex lege nona titulo quinto, part. quinta etiam patet, ibi, estonce, quae extremitatem temporis significant, ex l. quarta §. fin. ubi glof. Bart. & D. D. notant. ff. de condi. & demonstr. & consequenter ex hac venditione debetur Gabella Gabellario illi, qui erat tempore quo Titius pretium ¶ aestimavit, ut per Gironda de Gabel. 9. parte §. 1. num. 27. & Lafarte. in disto capitulo tertio, num. 19. ubi num. 20. respondit cuidam objectioni, quae meo videri nulla est obiectio illa, neque impedit supra dicta & num. 22. insert ex hoc duo, primum quod si Titius non declaraverit pretium nulla est venditio, & sic nulla debetur Gabella, secundum quod si tempore pretii declarati, exemptus fuerit per Regem à solutione Gabellarum non debetur ex hac venditione Gabellam, & e contrario si tempore conventionis erat exemptus venditor, & tempore, quo Titius declarat pretium non erat exemptus debebat eam, Et an Gabellarius possit Titium illam cogere ¶ ad declarandum pretium tradit Bald. con. lio 444. volumine quarto relatus per Bos.

si. in *pract.* sub titulo de *uicigali*. quod solentur, ex contractu, num. quarto, & quid si Gabellarius remittit conscientie vel voluntati vel verbo debitoris solutionem mercium, quas deserit reus fiat culpæ, & restitutionis, si non prodiderit quantum mercedum, solutionemque integram exhibuerit, vide per Solo. de *just. & jur.* capitulo 187. pagina 442. columna secunda cum sequentibus. Idem etiam dicendum est secundum Lafarte ibi, numero vigesimo-quarto cum sequentibus, quoties quis vendidit aliquam rem amici sui, cujus tamen non habet mandatam, scit tamen eam vendere velle, & reperta bona occasione vendidit eam, nam tunc ratificando venditionem hanc dictus ejus amicus verus dominus illius rei, cum ex tunc venditio robar accipiat, ex tunc debetur decima & dabitur Gabellario illius temporis cum in præjudicium Gabellarii hujus non sit ratificatio retrahenda ad tempus contractus ratificati, secus tamen erit si quis rem alienam ut suam vendat, nam tunc cum res aliena vendi possit, *leg. rem alienam. C. de contrahend. emptio.* tenebitur ipse venditor ad Gabellam, quia ut suam vendidit, ut tenet licet sub dubio Gironde de *Gabel.* quinta parte in princ. numero vigesimo octavo. Limitatur etiam nostrum assumptum & lex nostra ut non procedat in judiciali venditione facta in via executiva virtute sententia de remate, nam tunc non debetur statim decima usque dum capiatur possessio bonorum illorum per emptorem, eo quod debitor ille, in cujus bonis facta est executio penitere poterit, interim & ad venditionem rerum suarum facta recedere soluto debito creditori, vel emptori intra tres dies in rebus mobilibus, & intra novem in immobilibus, ut ex Castillo, Covar. & Didaco Perez, & Matienço, notat Lafarte *ubi supra* cap. 57. n. 57. ubi n. 58. inquit, non idem esse cum superiores iudices extra ea tempora decreverint soluto debito creditori exequenti bona executata reddidit debitori solventi, nam tunc Gabella & non reddetur tali executato, quia bene eam recepit, & id superiores ex gratia faciunt, potiusquam ex jure & hac gratia non debet redundare in præjudicium juris quaesiti Gabellario illi pro Gabella illa, & in *nom.* 59. nos allegans inquit ipse Lafarte prius deducendam esse Gabellam & ex bonis iis judicialiter venditis quam solvatur debitum creditori, quod secus est quoad decimam executori solvendam, & bene, & idem, in redimenti rem suam captam ex primo & secundo decreto, nam si intra tempus à jure permillum redimat, nullam debet Gabellam, & secundum Tiraquel, de *retract.* conventio §. sexto, *glos. 2.* numero decimo octavo, limitatur etiam nostrum assumptum ut non procedat in pacto de vendendo, vel in promissione de vendendo, in eis enim nisi perficiatur venditio & promissio illa adimpleatur, non debetur Gabella, & neque peti potest nisi tunc demum cum perfecta est venditio, antea enim venditio non est, ut expresse resolvit Lafarte *ubi supra* cap. decimo septimo, numero quadragesimo cum sequentibus aliquibus, & Gironde de *Gabel.* 5. part. in pri. numero vigesimo-quarto alios allegans, & latius in 9. par. numero primo cum sequentibus, & Rolan. Valle *conf.* 69. numero vigesimo, vol. 3. & in l. sequentibus, numero decimo-novo, idemque est si quis vendat rem

alicui pro certo pretio si res ei placuerit intra certum tempus, & post intra illud tantum tempus, emptor dicit displicere sibi rem, tunc enim nulla est venditio, & sic Gabella non debetur, neque & potest peti antequam emptor declaret, vel transeat tempus displicentiae. Ita Lafarte *ubi supra*, cap. 14. numero 39. ubi inquit quod si tempus displicentiae non declaratur, intelligitur, esse. 60. dierum & ex. text. in l. quod si noluit. §. 139. quid ita. ff. de *adil. ed.* notat. Anton. Gom. 2. tom. c. 2. numero 19. non tamen sufficeret dicere intra illos 6. dies quod sibi displicet, nisi & rem restituat intra illos & secundum *sal. in l. si quis arbiratu*, numero 24. ff. de *verb. obi.* limitabis etiam nostrum assumptum ut non procedat in venditione facta ad numerum, pondus, vel mensuram, tunc enim non statim debetur Gabella, neque peti potest, quia nescitur quanta erit, neque est perfecta venditio nisi facta mensura, vel pondere, vel numero numero, sed tunc demum facta mensura, pondere vel numero, nam venditio ad mensuram & conditionalis est, & imperfecta ante mensurationem, & si facta fuerit traditio, non tamen dicitur translatum dominium, quia illa dicitur nuda à causa secundum Socin. *conf.* 26. *col.* ff. *vol.* 1. & Rolan. Valle. *conf.* 7. n. 14. vol. 3. & additio. *decisio.* 68. *Math. Affic.* & ideo ante mensurationem venditoris est periculum & ut per textum. l. secunda *C. de peri. & commod. rei vend.* l. 24. *ritulo 5. part. 5.* Covar. in *pract.* cap. 3. num. 6. & consequenter non poterit statim peti Gabella, sed tunc demum cum & mensuratio facta est, ut per Lafarte *ubi supra* cap. 5. numero 25. cum sequentibus, & sic tunc secundum eum ibi, num. 30. & Parlador. *lib. 1. vers. quoti. ca. 3. §. 3. num. 26.* debetur Gabella primo Gabellario non vero vendendo in cujus tempore mensura facta est. Et notandum quod si mensura facta est, & erratum fuit in ea, potest peti ut iterum meriatur & suppletur defectus, & secundum *glos. ubi DD.* maxime Imol. num. 7. in *capit. per tuat de donatio.* ubi & declarat an per receptionem rei videatur renuntiatum juri competenti in qualitate rei, vel alias concernente rem ipsam. Emptor quoque, cui facta est venditio ad mensuram post sexaginta dies lapsos à die mensuræ non poterit dictam declarationem & per rei integratione facere, secundum Cavallinum de *ovic.* pagina. 265. in *fin. in part.* ubi hoc intelligit verum quoties in contractu venditionis vel locationis fuit dictum quod erat ad mensuram tot iugerum, & si plus vel minus faceret detraheretur, secus vero si dictum sit, quod est mensurandum per homines expertos, tunc enim à declaratione agrimensorum potest semper quis se gravare, & peti rescisso, quia eorum declaratio non transit & in rem judicatam, & potest retractari per alios meliores, secundum *lason. in l. ad monendi in lect.* numero 47. & in *repetitione num. 38. cum 3. sequentibus.* ff. de *jure jurando*, & sic non possunt dicti agrimensores puniri de falso testimonio secundum eundem *Jaso. in l. 1. §. fin. ff. de verborum obligationibus*, sed difficultas stat quando dicitur venditionem fieri ad mensuram, pondus vel numerum, & de quo late per *Capit. decisioe Neap. 14. & Maria Soci. conf. 43. vol. 2.* & Covar. in *pract. dict. cap. 3.* & in specie per

per Lafarte *dict. ca. 5. num. 21. cum sequentibus*, aliquibus, quem vide ne amplius immoremur in hac lege. Ultimo limitatur nostra conclusio, & assumptum ut non procedat quoties venditio à principio nulla est, ut potest quia venditio facta est dolosa, & dolus fuit talis, qui dedit causam contractui vel fuit facta à minore, non servatis solemnitatibus juris, tunc enim si postea ratificetur & approbetur contractus per minorem, non servatis solemnitatibus juris, tunc enim si postea ratificetur & approbetur contractus per minorem, vel illum, qui passus est dolum, ex tunc debetur Gabella & non antea, & debetur Gabellario existenti tempore approbationis non vero primo, ita Lafarte *ubi supra* cap. 14. num. 57. & 58. quibus *glos. hanc finitur.*

Ibi, *Alcavala*, quid sit & quare sic nominetur, questio est de nomine de qua per *Parlador. libro 1. rer. quot. ca. 3. in pri. num. 20. cum sequentibus*, & per Lafarte de *decim. vend. in pralud. & prefatione* & per Gironde de *Gabel. in pralud. 1.* que cum fit questio de nomine non est super ea insistendum.

Ibi, *Dellos se cobre*, verbum illud *dellos* ad venditores de quibus antea locuta est lex nostra referetur, & referendum est, eis enim jam ex lege nostra incumbit Gabella solutio, nisi ubi aliud decisum reperitur, ut in hac dictum est lege, & qua actione præda sit declarata Lafarte *ubi supra* capitulo septimo, num. 62. sed tu dic quod si de venditione facta est scriptura publica, coram tabellione, de qua secundum legem quaterni tenetur tabellio ipse præbere copiam Gabellario, virtute illius copiae peti Gabellarius executionem pro Gabella, in locis ubi ita consuetum est fieri, de qua consuetudine & stylo debet in processu constare, aliter enim non fiet executio, sed via ordinaria petenda erit, sicut petitur cum nulla adest scriptura, de venditione.

Ibi, *De cada diez maravedis uno*, ita quod si ad decem usque non ascenderit Gabella non debetur, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. *age cum Geminiano. C. de transacione.* & fuit hæc doctrina Bart. sic tenentis in l. *ita autem*, in *pri. ff. de adm. tut.* quem sequitur *Parlador. lib. 1. rer. quoti. cap. 3. §. 7. num. 3.* & Didacus Perez alios referens in l. 1. *titul. 5. libro 1. ordina. pagin. 216. in fin. cum pri. sequentibus*, ad legem nostram, etiam Lafarte in *scholio legis nostræ* super iis verbis ex singulari denis, aliud & male voluerit, ponderando ad hoc legem sequentem ibi, *a respecto de diez uno*, quasi voluerit lex in iis verbis dum respectum considerat, velle ut etiam ad decem non ascendat habitus de decem respectu solvatur, sed meo videtur id non consideravit lex illa, sed tantum ad permutationem Gabellam repositi solvendam, disponendo qualiter cum pretium in ea non intervenit numerabitur Gabella, & inquit quod ex affirmatione rei permutatæ solvetur Gabella ex decem unum, bene tamen verum est quod si res vendatur plus quam pro decem, puta pro quindecim, tunc solvetur integre Gabella pro decem, & ex illis quinque habito respectu ad decem debetur etiam Gabella & prout quotidie fit, sed si ad decem non attingerit numerus res vendita nulla debetur Gabella, & hoc verius & tutius de ju-

re est, & morapetinus hodie & tunc efficit duarum blancarum summam, neque habemus corpus aliquod pecunie quod maravedinus appelleretur, secundum Covar. de *nummis*, cap. 1. & eo allegato Lafarte *hic super verbo maravedinis*, & res est clara. Sed an ementes à Rege Gabellas populi alicujus possint recipere de decem unum vide per *Magis. Lopez, in 1. part. instruct. conf. cap. 188. col. 2. vers. insuper cum sequenti. pag. 444.* & *Salon, de jus. & jur. cap. 188. pag. 444. in fin. cum seq.*

Ibi, *De todo el precio porque vendieren*, & sic nullis deductis expensis proxenetarum, aut alterius persone, non enim deducuntur, & verbum enim hoc, *de todo*, omnem deductionem excludere videtur, nam qui totum dicit nihil excludit, *cap. si Romanorum. 19. dist. in fisco maxime*, ut advertit *Parlador, ubi supra n. 10.* etiam si de jure civili diversæ essent opiniones, & in earum diversitate alii distinctione utebantur, sed ut inquit ibi *Parlador. ex lege nostra* in dubium est Gabellam deberi totius pretii pro quo res est vendita nullis deductis expensis, proxenetarum & subhastationum, ac similiarum rerum, & hanc sequitur Lafarte, de *decim. vend. cap. 16. in prin.* & *Gironde de Gabel. in pralud. num. 31.* & iterum in 5. part. num. 41. inquit tamen *Parlador. ubi supra num. 12.* sibi verum videtur quod si venditor ad licitationem calorem inflandum emptori licitanti aliquid promiserit, eo casu ex tali promissio (quod nos, *promissio*), appellamus, Itali vero *Aventagiam* appellant, appellationem non debetur, nam promissum hoc pretium diminuit, & consequenter de diminuto non est solvenda Gabella, quod secus est in impensis, hæc enim pretium non diminuant, neque considerantur in pretii adjectione per emptorem, vel venditorem, & sic in eis non est eadem ratio, sicut in promissio. neque obstat. *l. sexta, titulo decimo-tertio lib. isto supra*, nam illic alia diversitate ratione promissa computantur, & sic ex diversis non fit illatio, & ita tenet *Parlador. contra Lafarte, ubi supra cap. 16. in fin.* aliud volens & male etiam in promissis, sed ut ibi asserit, praxis recepit opinionem *Parladorii* quod de promissis Gabella non solvitur. Sic neque solvetur ex censu imposto super re vendita si cum onere centus illius vendatur, ut in hac lege dictum remanet. item debetur Gabella de toto pretio venditionis, sive pretium sit & justum sive non, hoc enim ad fiscum nihil attinet explicare an justum sit necne pretium, modo valida sit venditio, & verum sit tanti venditionem fuisse contractam, de hoc enim constare debet, alias enim non probabitur venditio, ut ex *Pineo* inquit Lafarte in *scholio ad nostram leg. num. 14.*

Ibi, *vendieren*, & sic tantummodo consideratur pretium constitutum, non habitata ratione, quod pretium minus solvatur propter onus venditioni appositum, & sic propter expensas proxenetarum, & subhastationum, ut dictum est, vel eo quod obijciatur onus emptori, ut ultra pretium lit eret alium solum venditoris, qui erat obnoxius emptori pro solutione annua, quæ erat redimibilis certo pretio aut alias erat communi usu æstimabile, secus si ex communi usu onus illud in pretium non erat resolubile, puta quia haberet emptor jus transeundi per prædium venditoris,